Scelus z domoꝝ abhomi nabile a domino fuit diui na vltōe correptū. Gene. xix. Propter punitōz cho re ꝛ coplicum eius multa fuerūt miracula ꝑpetrata Nume. xvj. Propter du riciā pharaonis nolentis dimittere populū multa mi racula facta sūt. Exo. vij. ꝛ pluribꝫ seqntibus Pro pter archaz captā puniēs dn̄s philisteos est mlta mi racula opatus. j. Reg. iiij v. ꝛ. vj. Exercitum regis sirie nequiter opātem do minus cecitate percussit. iiij. Reg. vj. Heliodorus volens expoliare templuz miraculose fuit acriter ver beratus. ij. Mach. iij. In figura hoīm siue bonorum operum maledixit deus fi culnee. ꝛ fuit subito aresa cta Mat. xxj. Helimā ma gum resistentez apostolus paulus priuauit lumine o culoꝝ. Act. xiij. Cū quidā in nomine domini ꝛ pauli derisiue demonem adiura

rēt demō ipe insiluit ɔtra eos. Actu. xx. Miracula multa fecit dn̄s in hoībus bellis ꝛ terroribus vexatis ab aliis eos defendēdo mi raculis ꝛ alios opprimen do. Nam post septē circui tus iherico muri fūditus corruere Josue. vj. Immi sit dn̄s gladiū ī castris ma dian ꝛ mutua se cede cedē tes. Judi. vij. Jonathas ꝛ eius armiger ꝑcusserūt tot hoīes. ꝙ factū est mira cl'uz Et turbata sūt castra. j Re. xiiij Magnū fuit mirꝫ ꝙ dauid philisteū in fūda ꝛ lapide supauit. j. Reg. xvij. Obsidente iherusalē rege sennacherib centum quinquagintaqꝫ milia hoīm sunt ꝑcussi. iiij. Re gum. xix. Aduersarij iosa phat in semetipis ɔuersi mutuo se vulneribꝫ ɔcide runt. ij. Parali. xx. Pro pter auxiliū datum a dn̄o sex milia hoīm cētū vigin ti milia ꝑierunt. secundi. Machabeorum octauo.

Miracl'a seu mirabilia fecit dñs in hominibus do lentibus seu infirmātibus quacūq3 infirmitate fuerīt grauati. In cuius figura pcussi filij israel a serpenti bus p serpentē eneū q chri stū sine veneno pcti pctōri bus similem figurabat sūt a doloribus liberati. Nūe. xxi. Helizeus naaman le prosum in iordanis flumi ne septena lotōne sanauit iiij. Regum. quīto. Tho bias quatuor annis cecus felle piscis est miraculose curatus p angelum. Tho bie. vndecimo. Christus multos egros sanauit a va rijs et diuersis languoribꝫ leprosum quendam sana uit cum de mōte descende ret. Mathei. octauo. De cem leprosos cū ingrede retur quoddam castellum sanauit quibus solū vnus reuersus reddidit laudem deo. Luce. decimoseptīo. Demoniacos octo libera uit. de duobus dicit. Ma thei. ix. de tertio. Luce. iiij de quarto. Mathei. xij. de quinto Luce. vndecimo. de sexto. Mathei. xvij. ca. et Luce. nono. de septimo Marci. ix. alias primo ca pi. et Luc. quarto. de octa uo. Mathei. decimo quin to. Similiter vndecim in firmos sanauit. scilicet so crum petri a febribus. ma thei. octauo. paraliticū ia centem in lecto. math. ix. paraliticum p tectum di missum. marci. ij. hydro picum. Luce. xiiij. haben tem manum aridam. ma thei. iij. languidum ad pis cinā. Iohā. v. incuruatā mulierē. Luc. xiij. seruum centurionis. mathei. viij. surdos facit audire et mu tos loqui. math. ix. filiū reguli qui post incipiebat mori. Johannis. iiij. mu lierem fluxū sanguinis pa tientem. mathei. ix. mar ci quīto. ca. Et malchum seruum principis sacerdo tum cui petrus auriculam

amputauit. Luc. xxij. Pe
trus sanauit claudũ. Act.
iij. Et paraliticum iacen-
tem in lecto. Act. ix. Um
bra petri sanauit infirmos
Actuũ. v. Philippo predi
cante multi sanati sunt.
Actuũ. viij. In ciuitate li
stris paulus claudũ ex vte
ro matris sanauit. Actuũ
xiiij. Puellam a spiritu
phitonico liberauit. Act.
xvj. Sudaria ⁊ vestes pau
li languores curabãt Act.
xix. ⁊ ipse patrem publij
febribus ⁊ dissenteria la-
borãtem facta oratione sa
nauit. Actuum. xxviij. Mi
racula facta sunt v͛tute di-
uina sup̲ hominibus mor-
tuis eos suscitãdo. Sic he
lias filiũ mulieris matris
familias eius hospitem a
mortuis suscitauit. iij Re
gũ. xvij. Heliseus filium
mulieris sunamitis susci-
tauit a mortuis. quẽ ei su
is precibus a domino im
petrauit. iiij. Re. iiij Ossa
defũcti cadaueris tangẽs

ip̄e helyseus. defũctus pro
tinus resurrexit. iiij. Re.
xiiij. Saluator noster tres
mortuos suscitauit. s. filiã
archisinagogi ĩ domo pa-
tris. Math. ix. Marci. v
⁊ Luc. viij. Filiũ vidue ex
tra portas delatũ. Lu. vij
Et lazarũ quatriduanũ iã
fetidum ⁊ ligatum Iohã.
xj. In passione domini in
ter alia signa miraculoꝝ
multa corp̲a sanctorũ sur-
rexerunt. Mathei. xxvij.
Ipse saluator etiã mirabi
liter surrexit a mortuis ap
parens mulieribus. Ma
thei. xxviij. Et discipulis
clausis ianuis Iohan. xx.
Petrus vocauit thabitaꝫ
mortuã ⁊ illa ap̲uit oc͛los
⁊ resedit. Act. ix. Cũ pau
lus predicaret cecidit in
fenestra tercij cenaculi ado
lescẽs. ⁊ sublatus ẽ ⁊ mor
tuus ad quẽ descẽdẽs pau
lus in nomine dñi suscita
uit. Actuum vicesimo ca-
pitulo.

¶ De morte communi.

Ex peccato in orbē introiuit. Vite carnis deditus timet homo dum viuit.

Mors

Sed veritate preditus christuz exquisiuit Quam pressure deditus valde concupiuit.

Mortis sentētiam homo per peccatū incurrit. quia dyabolus motus inuidia mortem procurauit. Inuidia enim dyaboli mors intrauit in orbem terrarū. Sapientie. ij. Non solū scdʒ corpus sed scdm animam homo moritur p peccatuʒ Nam dictū est primis parentibus. quacūqꝫ hora comederitis ꝛ mandatū hoc trangressi fueritis. morte moriemini. Genesis. ij. Longa vita videbatur esse merces custodie legis vnde longeuo viuetis tempore. Deuter. xxiij. Ob hāc causam ob memoriam ꝙ patres nostri peccauerunt ꝛ mortē incurrerūt post descriptōnē vite. cuilibꝫ ante diluuium dr ꝛ mortuus est. Ge. v. Timenda ē mors scdm carneʒ cum sit finis omniū terribiliuʒ. patres enim antiqui qui mortem timebāt cū rōne horribilitatis eius. tn̄ qr non poterāt in celū ascēdere donec saluator nr̄ ascēdit q apuit ianuaʒ paradisi. iō loth timuit ascendere mōtē ne forte apprehenderet eū malum ꝛ moreretur. Ge. xix Quāuis moises seru⁹ dn̄i vellet dn̄o obedire. tn̄ videtur ꝙ libēter vixisset si dn̄s voluisset. Unde dr iratus est dn̄s. ecce moriar ī hac humo Deute. iiij. Ezechias rex magn⁹ iustus ꝛ bonus audita mortis sententia ab isaia pphā voce lacrimabili pro ꝓlongatōe vite dn̄ʒ rogauit. Isaie. xxxviij. iiij. Regum. xx. cap.

Jheremias suppliciter ro-
gauit sedechiã ne eũ occi-
derꝫ. ⁊ silr ne ĩ carcere mo
reref Jhere. xxxviij. Ante
aduentũ spũssancti mortẽ
timebat apli. nã in passio
ne dñi oẽs fugierunt Ma
thei. xxvj Mors bona ⁊ in
bono statu hoĩs ẽ appeten-
da Aliqñ etiã mali desīde
rant bñ mori Sic balaam
dicebat. moriat aĩa mea
morte iustoꝝ Nume. xiij.
Tobias iustus mortẽ desi-
derabat dicẽs Precipe in
pace reponi seu recipe spm̃
meum Tobie. iij. Apl'i sic
sunt post aduentũ spũssan
cti ꝯfortati vt mortẽ ⁊ vbe
ra nõ timerent Vñ legitur
in actibꝫ apostoloꝝ Ibant
apostoli gaudentes a ꝯspe
ctu ꝯsilij qm̃ digni habiti
sunt ꝓ noĩe ihesu ꝯtumeli
am pati Actu. v. Deside-
rabat paulus mortẽ cũ di
cebat In iherusalẽ non so
lũ ligari. sed etiã mori cu-
pio pro noĩe dñi ihesu xp̃i
Actu. xxj. Itẽ dixit Si di

gnum morte aliqd feci nõ
recuso me mori. Act. xxv.
Alibi dixit. Cupio dissol
ui ⁊ esse cũ xp̃o. Mortem
desiderãt hoĩes cũ aliquas
graues sustinẽt passiões.
vt ab eis citius eruãt Si
cut helias sedẽs sub iunipe
ro petiuit aĩe sue vt more-
ref. iij. Reg. xix. Post cõ
tumeliã ab ãcilla receptã
orauit sara. d. Peto dñe
vt de vinculo ĩproperij hu
ius me eripias. Th. iij.
Jonas afflictus afflictiõe
magna ⁊ iratus orauit. d.
Tolle q̃so aĩam meã a me
qꝛ melior ẽ mihi mors q̃
vita. Jone. iiij. Per mor
tẽ crucis quaꝫ saluator nr̃
sustinuit oñdit ꝙ nõ soluꝫ
mortẽ ſꝫ etiã oẽ genus tri
bulatõis xp̃ianus sustine-
re dꝫ libẽter Math. xxvij.
Quãuis paulus vitaret ĩ
sidias ⁊ d ciuitate ĩ ciuita
tẽ fugeret pseq̃ntis non ti
more mortis hoc fec. ſꝫ fu-
rori cedẽs vt exẽplũ pberꝫ ⁊
se vtilitati maiori reſuarꝫ

Actuum. per totum.

¶ De morte horrēda malorum.

Morte horribili moriuntur.
- Homicide.
- Tyranni.
- Luxuriosi.
- Nequiciosi.
- Sacrilegi.
- Parētes negligentes.
- Mali consiliarij.

Morte horrēda moriunt̄ homicide alioꝝ sanguinē effundētes. sic cayn qui fratrē suū occiderat fuit a lamech postea interfectus. Ge. iiij. Pharao qui submergi fecerat pueros hebreoꝝ in mari cū exercitu suo est submersus. Exo. xiiij. Adonybosech q̄ manuū summitates ⁊ pedū absciderat ab alijs siliter ipē p̄cisus ē Judi. j. Salmana ⁊ zebee q̄ frēs occiderāt gedeonis a gedeō ꝛ siliter sūt occisi. Judi. viij Abimelech qui lxx. frēs sup lapidē occiderat fuit sub vna feīna p̄cussus molle fragmine ⁊ īterfectus Judi. ix. Adolescēs q̄ saul se dixerat occidisse fuit dd iussiōib⁹ iterfectus ij. Re. j. Latrones q̄ occiderūt isboseth fuerūt a dd interēpti. cui crediderūt ꝯplacere. ij. Re. iiij Joab q̄ duos viros ꝓditōe occiderat fuit salomōis ipio īterfectus. iij. Re. ij Zābri q̄ occidit helā regē post octo dies in palatio se ꝯbussit. iij Re. xvj. Achab qui īiuste fec lapidari naboth canes eius sāguinē potauerūt. iij re. xx. ij Jezabel homicida iħu p̄cipitari mādauit ⁊ equoꝝ pedib⁹ ꝯculcari. iiij. Re. ix Athalia q̄ oē semē regiū extirpauerat ipa valde turpiter ē extincta. iiij. Re. xj. Andronic⁹ ī eodē loco occubuit occis⁹ ī quo fecerat onyā trucidari. ij. mach. iiij Morte horrēda moriūt̄ tyrāni q̄ alios iniuste opprimere detestāt̄. nā zizara tyrān⁹ p manū feie

clauo ⁊ malleo est ꝯfossus
Iudi. iiij Saul q̄ inimicꝰ ꝑse
cutus est dauid seipm̄ pro
prio gladio īterfec. j. Re
gū. xxxj Impius benadab
a seruo suo asahele. fuit di
iudicio iugulatus. iiij. Re
gum. x. Ionas tyrānus in
gratus qui fecerat zacha-
riaz lapidari fuit a ꝓpriis
seruis interemptus. iiij.
Regū. xxij. ⁊. ij. Parali.
xxiiij. Holofernes qui mlt
ta vastauerat ꝑ manū femi
ne capite truncatus ē. Iu
dith. xiij. Supꝑbus tyran
nus aman q̄ se fecerat ado
rari fuit suspensus patibu
lo qd̄ prepauerat mardo-
cheo. Hester. vij. Anthio
chus qui multoꝝ viscera
torserat est dolore viscerū
interemptus. ij. Macha.
ix. Iason qui fratrē capti
uauerat. ⁊ multos expule
rat ꝑregem est mortuus ⁊
nō sepultus. ij Macha. v
2 Horrēda morte moriun
tur luxuriosi ⁊ maxime qui
deseruiūt horrēde luxurie.

Nā q2 omīs caro corrupe
rat in luxuria vias suas.
facte sūt aque diluuij ex q̄
bus mortui sunt oēs hoīes
sup terrā. Geñ. vij. Sup
zodomam pluit dominus
sulphur ⁊ ignez. ⁊ subuer
tit nepharias ciuitates.
Geñ. xix. Filij beniamini q̄
vxorē leuite turpiter delu
serūt etiā crudeliter sūt de
structi. Iudicū. xix. ⁊. xx.
Amon q̄ sororē suā oppres
serat ab absolōe in ꝯuiuio
ē occisus. ij. Re. xiij. De
hac materia quere capitu
lo. lxxviij. de luxuria Mor
te turpissima moriūtur q̄
deū nequiter offēdūt. Nā
nadab ⁊ abiu ꝯtra dei volū
tatē ignē alienū offerētes
sunt ab ignis incendio cō
cremati. Leui. x. Blasphe
mus qui nomen dñi blas-
phemauerat a populo la-
pidatus ē Leuitici. xxiiij
Chore dathan ⁊ abyron q̄
ꝯtra deuz ⁊ moysenin sur
gebant. absorbuit eos ter
ra viuos. Numeri. xvj.

Goliath sup̄bū dn̄m blas
phemātē dauid p̄prio gla
dio interfecit. j. Re. xvij.
Sēnacherib blasphemās
deum post fugā a proprijs
filijs est occisus. iiij. Re.
xix. Sedechias rebellis
deo fuit. ideo vidit filios
occidi ante se ꝛ ipse malo
exitu clausit vitā. iiij. Re.
xxv. Alchimus dei aduer
sarius p̄cussus ē palisi gra
uissima ꝛ mortuus est cum
tormento. j. Machabe. ix
Herodes qui sibi diuinas
vsurpauerat laudes p̄cus
sus a vermibus expirauit
Actu. xij. Morte horren
da moriūt̄ sacrilegi ꝛ rap
tores. nā achar qui tullit
de anathemate aliqd dīno
iudicio fuit lapidat⁹ a po
pulo. Josue. vij. Sil'iter
sacrilegus menelaus tur-
ri altissima ē precipitatus
ij. Mach. iiij. Lisimach⁹
sacrilegus digne iuxta era
riū ē occisus. ij. mach. iiij
Ananias et saphira frau-
dātes de precio agri qd iā
dn̄o erat deditū dei iudici
o morte subitanea sunt pu
niti. Ac. v. ¶ Morte horrē
da moriūt̄ parentes qui nō
corrigūt filios suos delin
quētes ꝛ filij spūalibꝫ paren
tibꝫ nō obediētes vel eos i
sui senectutibꝫ deridētes
nā q2 heli nō correxit filios
acriter de eoꝝ sceleribꝫ de
sella cadēs fractis ceruici
bus expirauit. Sil'iter ꝛ e
ius filij duo ei nō obedien
tes in bello mortui sunt. j.
Re. iiij. Absalō nō solū n̄
obediēs sed p̄seq̄ns patrē
suū capillis herēs quercui
lācea fuit p̄foratꝰ. ij. Re.
xviij. Pueri male nutriti
q̄ deridebāt heliseū abvor-
sis sunt dei iudicio deuora
ti. iiij. Re. ij. Virū q̄ nolu
it credere heliseo p̄culcauit
turba ī ciuitatis exitu. iiij
Re. vij. Balthasar q̄ non
fuit p̄ris exēplo correptus
post manū scribētis ad por
tā alias ad pietē fuit ea no
cte penalr̄ īterfectus. Da
niel. v. ¶ Morte horrenda

moriunt̃ ꝯsiliarij mali sua
dantes mala ⁊ falsa testifi/
cantes. nā achitofel qui ꝯ
dauid dedit malum ꝯsiliū
laqueo se suspendit. ij. Re
gum. xvij. Syba qui ꝯmo
uit populuꝫ ꝯtra dauid fu/
giens in abela alias in euo
la fuit decapitatus. ij. Re
gum. xx. Falsi accusatores
danielis fuerunt a leonib⁹
deuorati. Danielis. xiiij.
Duo senes testes falsi dep
hensi a puero daniele iuste
a populo sunt occisi. Dani
elis. xiij.

De morte preciosa
iustorum.

Moriūt̃ pre ciose q̄ viuūt: Innocenter, Patienter, Decenter, Sapienter.

Morte precōsa mo
riunt̃ martires qui
ꝓ eoꝝ innocentia
vel ꝓ iusticia vel fide susti/
nent passiones Sic abel a
cayn innocenter occisus ē
Gene. iiij. Miserunt im/
pij lapides in zacharia fi/
liuꝫ ioiade ⁊ eū martirem
fecerunt. ij. palip. ij. Iu/
das dixit. si appropinquat
tps moriamur ⁊ nos in vir
tute cum nostris fratrib⁹.
pri. machabe. ix. Post tor
menta mortuus est eleaza/
rus exemplū fortitudinis
derelinquens. ij. mach. vj
Septem frēs cū pia eorū
matre morientes ꝓ legib⁹
exempla similiter relique
runt. ij. macha. vij. Pro vir
tute ⁊ honestate fuit iohan
nes baptista ꝓpter herodia
dem decollatus Math. vj
Stephanus plenus spiri
tu scō iesum vidit qñ fuit a
ꝑsecutorib⁹ lapidatus. A
ctuū. vij. De hac materia
loquit̃ augu. iiij. de ciuita.
dei dicens ꝙ deus tantam
ꝯtulit fidei grām vt mors
que vite ꝯtraria ꝯstat esse.
instrumentū fieret ꝑ quod
transiret ad vitam Mor
te preciosissima moriūtur
hoīes tribulati suas tribu/
latōes ⁊ passiōes patiēter
⁊ sine murmure tolerātes

Ideo iob in ablatõe rerꝫ ꝛ pditõe filioꝫ ꝛ infirmitate corpis sic ptulit pacienter vt in his oĩbus nõ pecca-ret vixit post flagella centũ et .xl. ãnis ꝛ filios filioꝫ su orꝫ vidit vsqꝫ ad quartã generatõem ꝛ mortuus ẽ se-nex. Iob .xlij. Lazarꝰ pauper ꝛ plenus vlceribꝫ mortuus in sinũ abrahe ab ãgelis est deportatus Lu. xvj. Qualitercunqꝫ vixerat latro q̃ pepẽdit a dextris q2 penã crucis paciẽter susti-nuit dixit. nos digna fcis rcipimus felicit mortuus est Luc. xxiij. Saluator nr̃ post mĩtas tribulatões mo riẽs pr̃i feliciter spm̃ ꝯmẽdauit. Jo. xix. Et ita opor-tuit pati xp̃m. ꝛ sic intrare in gloriam suã. Luc. xxiiij. ¶ Morte preciosa moriũtur hoĩes q̃ in mũdo bñ vixerũt. Nã nõ potest nisi feliciter mori qui bñ vixit. Nam scḋm augustinum ma la mors putãda nõ est quã bona vita pcessit. Sic ambulauit enoch cũ deo ꝛ tu-lit eũ deus Gen̄. v. Abra-ham mortuus ẽ in senectute bona pfcẽqꝫ etatis Ge. xxv. Cõpleti sunt dies ysaac. centũoctogita anoꝫ cõsumptusqꝫ etate mortuus est. Gen̄. xxxv. Aaron cuz expoliauit veste ĩduit eleazarum ꝛ obijt. Nume. xx. Mortuus est seruus domini moyses iubẽte dño ꝛ euz dominus sepeliuit. Deut. xxxiiij. Currꝰ ꝛ equi ignei diuiserunt heliam ab helizeo felicit assumẽtes .iiij. Regũ. ij. ¶ Morte preciosa moriunt hoĩes qui cũ bona cognitõe decedũt eorũ familias instruẽtes sic iacob finita instructõne fi-liorũ collegit pedes super lectũ ꝛ obijt. Gen̄. xlix. capit. Cũ instruxisset ioseph frẽs ꝙ ossa eius asporta-rent quando egrederẽtur de egipto ad terraz promissionis mortuus est in pace Gen̄. quinquagesimo Dauid post instructionem filij

et facta orōe in bona obijt senectute. j. Paralipo. xxj

¶ Thobias. prope ē interitus meus. Thob. xiiij. ¶ Matha thias post ammonitōem filiorum appositus ē ad patres suos. j. Machabeorum. ij.

¶ De multitudīe malorum.

Multo plures sunt
- Damnati quam saluati.
- Luxuriosi quam casti.
- Infideles quam fideles.
- Contra iusticiam quam pro iusticia..

Multo plures sunt homines damnati et filij dyaboli quam dei. In cuius figura plures erāt filij ismahel quam ysaac. Genesis. xxv ¶ Sexcentaria milia virorum quingentiquinquaginta numerati fuerunt. Nume. j. De quibus solum duo. s. caleph et iosue in terrā promissionis intrauerunt. Nume. xiij In cuius figura maior pars filiorum israhel erant samarie. quia decem tribus. minor autē in regno in iherusalem. s. due precise. iij. regum. xij. ¶ Multo plures sunt luxuriosi et carnales hoīes quam honesti et casti. nā tempore diluuij solum octo inuenti sunt. s. noe et vxor. et tres filij eius. et vxores eorundē. omnis alia caro corruperat viam suā. Gene. vj. In cuius figura abraā plures filios habuit de cethura quam de zara Geñ. xxv In quinque ciuitatibus zodomorum nō sunt inuenti decē viri qui carnis vitio contaminati non essent. luxuriosorum maxima multitudo Gene. xviij ¶ Multo plures sunt hoīes infideles quam fideles deo et dominis secularibus et prelatis et fratribus et amicis. Nam inter fratres ioseph qui erāt vndeci. solū duo fuerūt eū liberare volentes ceteris procurantibus eius mortē. Genesis tricesimoseptio ca.

Misit moyses explorato-
res duodeci ad terrā ꝓmis
siōis sed tm̄ duo scȝ iosue ⁊
caleph fideliter ꝑegerunt
Nūe.xiij. Plures erāt cū
absalone regnū patris sibi
iniuste vsurpāte qȝ fideles
cū dauid iuste ⁊ rōnabilit̄
regnāte.ij. Regū.xv. Cū
eēt in iherusalez maxima
multitudo clamātiū dimit
te barrabā ⁊ dominū cruci
fige nō est īuentus vnus fi
delis q peteret dnm relaxa
ri. Johan .xix. Quidaȝ iu
dei dixerūt rome paulo no
tū est nobis qꝫ vbiqȝ xp̄ia-
noꝝ secte ꝯtradicit̄ actu.
xxviij. Multo plures sūt
homīes bellātes ꝯtra iusti
ciam ꝓ tyrānis qȝ pugnan
do ꝓ iusticia defendēdo op
pressos. Nā tantus bella-
torum exercitus erat syrie
cōtra israhel qꝫ puluis sa-
marie nō sufficiebat suis
equis.iij. Reg.ij. Tātus
erat exercitus holofernis
vt sicut locuste terram ope
rirent Judith.ij. Non re-
manserūt cum iuda nisi oc
toginta viri ⁊ in exercitu
bachidis ⁊ alchimi prodi
toris viginti milia homi-
num pugnatorum.primi.
Machabeorum nono

De obediētia ⁊ subiectōe.

Obedire debet homo
- Deo nō gentibus ei oppositis
- Presidētibus sibi ꝓpositis.
- Parētibus nisi pactis saluti oppositis
- Factis patētibus atqȝ cōpositis
- Nō differētibus modis ꝓpositis
- Magna iubētibus sibi repositis
- Ad plenum sicut decȝ viatorys
- Nō obsequētibus malis expositis

Obedire debemus deo magis q̃ hominibꝰ. qui nobis precipiunt ꝯtraria ad salutem. Unde mathathias dixit nuncio regis anthiochi Et si omẽs obediunt anthiocho. ego ⁊ filij eius obedimus deo. j. macha. ij. Unus illoꝝ septem fratꝝ qui noluerũt obedire regi. vt carnes porcinas ꝯtra preceptũ dñi comederent dixit. pati sumꝰ mori potius q̃ transgredi legẽ dei. ij. machabeo. vij. Petrus ⁊ iohannes principibꝰ sacerdotũ precipiẽtibꝰ ne in noĩe ihesu loquerent taliter rñderunt. Si iustũ est vos potius audire q̃ deũ iudicate. Actuũ. v. Obedire oportet prelatis siue ipsi boni fuerint siue mali dũmodo ipsi bona precipiunt. Ideo dixit xp̃s Sup cathedrã moysi sederunt scribe ⁊ pharisei sciẽtes oĩa. quecunq̃ dixerint vobis facite. Math. xxiij. Cornelius dixit btõ petro quem dñs prelatum reliq̃rat. oẽs nos in ꝯspectu tuo sumus pati obedire quecũ q̃ p̃cepta sunt tibi a dño. Actu. x. Paulus eligens sibi in socium barnabam. pambulabat ꝯfirmãs omnes ecclesias. ⁊ precipiẽs obedire preceptis apostoloꝝ. Actuum. xv. Obedire debet homo pentibus si non precipiant que ꝯtra salutẽ sunt Ideo dixit paulus Obedite filij pntibus vestris in dño. Colosenſ. iij. c. Sic ioseph obediuit patri suo mittenti eum ad fratres suos q̃buis prius accusasset eos ex quo timere poterat. nec ꝓpter hoc obedientiam recusauit. Geñ. xxxvij. Dauid iam vnctus in regem obediuit parenti bus ⁊ fratribꝰ victualia deportando. primi Regum xvij. Thobias iunior dixit patri Omnia que precepisti faciã pater mi. Thobie v. Patrinis etiam qui remanent loco patris obe

dire debemus. sic hester obe
diebat in oibꝫ mardocheo.
sicut qñ nutriebat eã puu
lam. Hester. ij. ¶ Obedire
debet homo nõ solum ling-
ua sed etiã ope. nam mag-
nã obedientiã pmiserunt
filij israhel dicentes. oĩa q̃
pcepit nobis de⁹ faciem⁹.
stati postea contraria facientes.
Exo. xxiiij. De obediẽtibꝫ
verbo ꝛ nõ facto ponit de-
us exemplũ duoꝝ filioꝝ
quoꝝ vnus dixit se iturũ ꝛ
laboraturũ in vineam ꝛ nõ
iuit. Alius negauit ꝛ iuit.
Mathe. xxj. ca. Obedien-
dũ est pmpte nõ pcrastinã
dum. sic noe sponte obedi-
uit deo in omnibꝫ que pre-
cepit sibi. Geñ. vij. Ad p-
lationes assumpti dñt q̃n-
tum possunt rẽnuere ex hu
militate sed a d voluñtatem
maioris postmodũ obedire
Exemplo moysi q̃ quinqui
es se excusauit de ducatu
ppli postea humiliter obedi
uit. Exod. iij. ꝛ iiij. Filij is
rahel ad pceptũ dñi pmpte

erigebãt tẽtoria ad eius ĩ-
periũ festĩe ꝛ sollicite repo
nebãt Nũe. ix. Cito ꝛ pfe
cte obedierũt illi apl'i. qui
statim relictis retibus se
cuti sunt dominum. Mat.
quarto. Similiter legitur
de matheo qui relictis om
nibus secutus est eum. Lu.
quinto Mathei. ix. Saul⁹
audiens vocez ihesu pmp
te respondit. domine quid
vis me facere. vbi patꝫ q̄
correctio ꝛ castigatio facit
hominẽ obedientem Act.
ix. ca. ¶ Obedire debet ho-
mo quãtumcũqꝫ sibi man-
datur difficile. nam abra-
ham mandatũ circumcisi
onis licet difficile esset nõ
distulit ad implere. Geñ.
decimoseptimo cap. Gra
ue erat abrahe de filij ĩmo-
latione preceptũ quod nisi
deus aliter ordinasset sine
mora ĩplere voluisset Ge-
nesis vicesimosecũdo ca.
Hanc ãmonitõem fecerũt
serui naamã dicẽtes. Si
rem grãdem dixisset tibi p

phetа. certe facere debuiſ‑ ſes. Ubi pȝ ꝙ ꝯfortatõ va let ad obediendũ. iiij. Re. v. Mirabilem ⁊ difficilez obedientiam impleuerunt rechabite a patre ipſoꝝ ip ſis mandatũ. qꝛ non bibe‑ bant vinũ. nec edificabãt domum in ſempiternum. Jhere. xxxv. Predixerat dñs ſalomoni ꝙ ſi eius pre cepta ſeruaret in ſempiter num ſuper iſrahel thronus eſſet. iij. Regum. ix. Pre‑ ceptum circumciſionis li‑ cet difficile. tamen ſalua‑ toꝛ in ſe voluit adimplere. Luc. ij. ¶ Obedientes ad plenam victoꝛiam tempta tionũ in mũdo ꝓ mercede recipiunt. ⁊ exaltatõem in celo. ⁊ ideo dixit ſalomõ. Uir obediens loquitur vi ctoꝛias. Prouerbioꝝ. xxj. Jn cuius rei figura quan‑ docunqȝ filij iſrahel de mã dato domini pugnauerũt. pauci de multis victoꝛiaȝ habuerunt. Numeri. xxxj. Propter hanc cauſam ex emplo obedientie in ſalua toꝛe noſtro ꝓponit apoſto‑ lus nobis dicens. Factus eſt obediens vſqȝ ad mortẽ Et ponit fructum obedien tie ſubſequenter. dicens. Propter qđ ⁊ deus exalta‑ uit illum ⁊ dedit illi nomẽ quod eſt ſuꝑ omne nomẽ. ad Philippenſ. ij. ¶ Obe dire nolentes ſed inobedi‑ entes grauiter puniuntur. Nam prima precepti trãſ greſſio in primis parentibꝫ grauiter punita eſt maledi ctionibꝫ. Geneſis. iij. Fi‑ lij iſrahel cum ꝯtra manda tum domini ierãt ad bellũ. fuerunt violenter debella‑ ti. Numeri. xiiij. ca. Quia mandatum ioſue trãſgreſ ſus eſt achar. ipſe fuit a po pulo lapidatus. ⁊ ioſue ⁊ ille populus ex illa ĩobedi‑ entia fuerat in bello ab ini micis ſuperatus. Joſue ſe ptimo capitulo Jtem ſaul quia contra preceptum ſa muelis ſacrificium obtu‑ lit. ⁊ agag regi ⁊ pinguibꝫ

ꝯtra preceptū dn̄i ꝑcere voluit. idō fuit a dn̄o reprobatus. j. Re. xv. ꝛ. xvj. Dixit dn̄s salomoni. ꝙ si non custodierit mādata dei deleret de suꝑficie terre thronū eius. ij. Paralip. vltīo Vir dei ꝯtra preceptū dn̄i cum ꝓpheta manducans a leone exiuit interfect⁹. iij. Regū. xiij. Similiter percussus est a leone ille q̄ de mandato percutere noluit vnum de filijs ꝓphetarum vbi ostendiẗ ꝙ obediencia datur interdū in his q̄ videnẗ sine rōne mādati. iij. Regū. xx. Jonas qui refugiebat domino obedire precipienti vt in niniue predicar3 verbū dei in mari fuit dn̄o disponēte submersus Jone. primo. ꝛ. iij.

De opatōe q̄ de⁹ itēdit

Opantē res|picit de⁹ si sit

Perfectus i opatione
Rect⁹ in intentione
Electus i execucione.

Operantē ostendit de⁹ primo si sit ꝑfectus in opatiōe bonus ꝛ deo gratus. nā si personā nō acceptat seruiciu3 nō acceptat. licet eñ in politicis homo faciēdo iuste ostendiẗ iustus. in gratuitis tamē. nō quia facit iusta est iustus sed iusta facit quia est iustus. ꝫm Crisostomū. Nō q2 oculus acute videt est. sed q2 acute videt que a lōge sunt ē acut⁹ prius eñ respicit deus operātem si est bonus anteq̄3 acceptet vel recipiat deus eius opus. Cayn nāq3 malus ꝛ abel bon⁹ munera obtulerunt. sed deus respexit ad abel ꝛ ad munera eius. ad cayn autē ꝛ ad munera eius nō respexit. Gen. iiij capi. Mirabilia fecerunt in egipto moyses ꝛ aaron siliter ꝛ malefici pharaōis sed primorum nō vltimorum mirabilia domīo placuere. Exod. septimo capitulo. Verb sā mite viderūt

archā ꝛ sacrificiū domino obtulerūt. ꝛ tñ ꝑcussit eos dñs graui plaga. qꝛ ꝓpter peccata eoꝝ videre archā domini nō debuerūt p̄imi Regū sexto. Reprobat do minus sacrificiū qđ iusse rat fieri ꝛ hoc ꝓpter offeren tiū prauitatem Jsaie p̄io

¶ Operantem acceptat de us ex intentōe quā habet i operando magis q̄ꝫ ex ope. Cum eñ opus inordīabi le puerti posset ex praua in tentōe. vt dare elemosinā. ieiunare ꝛ orare ꝓpter fauo rem vel questū. Equalū etiā ex genere bñ posset fieri ex bona intentiōe vt hominē iusticia exigente occidere oportet operātem ꝛ opus esse ordinatū recta intētio ne. Nam scd̄m āmbrosium. Jntentō tua operi tuo finē imponit. nā ꝓmissio a deo filio abrahe nasciturо de za ra risit abrahā. ꝛ risit zara sed risus Abrahe nō fuit a dño reprehensus. ſꝫ risus zare. qꝛ risit ex diffidentia ꝓmissiōis Geñ. xviij. Ta lia thuribilia ꝛ forte nobi liora hūit chore ꝛ ꝯplices eius q̄lia habuit aarō ꝛ tñ ꝓpter bonā intentōeꝫ aarō habuit deus grata sua opa illoꝝ vero opera ꝓpter intē tionē pessimā reprobauit. Nūeri. xvj. Pretulit dñs duo minuta vidue p̄re mu neribꝫ diuitum. qua purio ri intentōne donabat. Lu. xxj. Desiderabat zacheus videre ihesuꝫ pura intētio ne bonitatis. iō fuit a dño ꝯsolatus Luce. xix. Desi derabat etiā herodes vide re ihesuꝫ. ꝛ eo viso gauisus est. sed mala intentōne cu riositatis Jō de eius visio ne fructū quē volebat nul latenꝰ reportauit Lu. xxiij.

¶ Operantē attēdit deus si opus qđ facit ex officio sibi incūbit. alioquī si sibi vsurpat qđ suuꝫ nō est non placet deo sed displicꝫ nec acceptat. sed reprobat tale opus. Nā saul expoliauit se ꝛ fuit inter prophetas ꝛ

ꝓlxtare cepit. ſed pax ei ꝓfuit ſui officiū ꝓlxtare j. Regū. xix. Oza extendit manū ⁊ tetigit archam ne caderet de plauſtro. ſed fuit ꝑcuſſus a dño. q2 tangere archam ſolum fuit officium leuitaꝝ vel ſacerdotū ij. Regū. vj. Licet offerre ſacrificiū ſit bonū. tñ non niſi ſacerdotib9 ꝯuenit. ido Ozias percuſſus eſt lepra q2 more preſbiteri incēſū voluit adolere. ij. Paralipome. xxvj.

De operatione mala

Opus bonum.

Dñs amplificat magnis documentis
Placet ſi edificat domum ſacramentis
Hoc malus viuificat cum impedimentis
Homines qualificat ſuis īcrementis.
Homines magnificat ſuis ornamentis.
Quem non letificat manet ī tormentis.

Opus bonū placꝫ dō in quolibet ſtatu illō precepit ꝯſuluit ⁊ hortat̄. ideo in ſtatu innocētie poſuit deus hoīem in paradiſum voluptatis vt opareť ⁊ cuſtodiret illud. Geñ. ij. Similiter poſt pc̄m miſit dñs hoīem de padiſo vt operareť terram. Gene. iij. Laudabilia opera patrum precepit dś imitari dicēs Si filij abrahe eſtis opa abrahe facite. Johan. viij. Propter hanc cām diciť In oī gente que timet deū ⁊ opatur iuſticiā placet illi. Act. x. Ut deo placeret paulus manſit cū aquila. Act. xviij. Opus bonū ⁊ valde deo acceptū ē edificare eccias. cui dś dat bonā ꝑfectōeꝫ. nā ſalomō in modico tpe opuſ tēpli maximi ꝯſūmauit. iij. Re. vj Septē filij iſrahel incepe

rūt edificare templū ante-
q̄ȝ alia opa īciperēt Esdre
iiij. Precepit dari⁹ vt edi
ficaret domus dei in iheru
salē vt darent̄ sumptus de
archa dei ꝛ regis ne īpedi
retur opus. Esdre. sexto
¶ Op⁹ bonuȝ hȝ multos
impeditores. Nā opa q̄ fi
lij trāsmigratōis faciebāt
fuerūt sepe ab ipedientib⁹
molestata Neemie p totū.
Istd opus qd maria mag
dalena exercuit vngēdo ca
put ꝛ pedes dn̄i. Judas cū
alijs discipul' īpedire volu
it Mar. xiiij. Opus bonū
maīfestat hoīem sicut fructs
maīfestat arborē. Jō dixit
saluator. Attēdite a falsis
ꝓphetis a fructib⁹ eoꝝ cog
noscetis eos Mathei. vij.
Ipse etiā dicebat de seipo
Opa que ego facio ī noīe
patris mei. ipa testimoniū
ꝑhibēt de me. Et alibi. Si
mihi nō creditis opib⁹ cre
dite Johan. x. Quo disci-
puli nō ꝯgnouerūt xp̄m do
nec fuerūt cum ipo in via
postmodū cognouerūt euȝ
in fractōe panis Lu. xxiiij
¶ Opus bonū largiter re
mūeratur ab eo qui nullū
bonū irremūeratū dimit-
tit. Jō ezechias q̄ fecit bo
nū corā dn̄o valde ꝓspatus
est. ij. Paral'. xxxj. Veret
em̄ opus bonū ꝓ remūera
tōe indulgētiā pctōꝝ. naȝ
vidit de⁹ opa niniuitarū ꝛ
misert⁹ ē eis Jone. iij. Ser
ui q̄ accepūt talēta ꝛ opati
sunt in eis remūerati sūt ī
duplo. math. xxv. Propt̄
hāc cām ap'lus ꝯpat bona
opa sei de quo modicū ia-
cit ꝛ magn⁹ ꝛ multus fru-
tus expectat̄. Qui pce se-
miat. ij. Coꝝ. ix. Thabita
ꝓpter bona opera q̄ agebat
meruit a petro misericordi
ter suscitari. Ac. ix. Opa
ri nolētes ꝛ ociositati vacā
tes grauia facinora ꝑpetrāt
ꝛ iō repħēdunt̄ ꝛ grauit̄ ꝛ
acrit̄ corrigūt̄ Nā tpe quo
solebat ad bella cōsurgere.
dd vacās ocio adulteriū ꝛ
hōicidiū ꝑpetrauit. ij. re. xj

Arguuntur ociosi a domino quando vocantur operarij ad mercedem. Math. xx. Seruus qui in vno talento noluit operari tripliciter fuit a dño reprobatus. Mathei xxv. Paulus reprehendit grauiter ociosos dicens. qui non vult operari nõ mãducet. Thessalo. iij.

¶ De oppressione bonorũ a malis.

Opprimũt mali bonos.
- Inuidentes felicitati.
- Lasciuientes in carnalitate.
- Persequẽtes ex malignitate.
- Odientes dicta veritate.

Opprimunt mali bonos aliquñ ex sola inuidia. qz vident illos feliciter prosperari. sicut cayn ex inuidia preualuit in abel et eum nequiter occidit. Gene. iiij. Esau inuidus quia iacob benedictiõem patris vsurpauerat voluit eũ occidere. propter qđ iacob est cõpulsus fugere ad labã. Gene. xxvij. et. xxviij. Egiptij inuidentes filijs israhel. qz crescebant et oderunt eos. et grauiter oppresserũt. Exo. j. Saul ex sola inuidia persecutus est dauid eo qđ sibi victoria goliath fuit ascripta. j. Regum. xviij. Saluator noster ex sola inuidia fuit damnat⁹ sub anna. caypha et iudeis. Mathei. xxvij. ¶ Opprimunt mali bonos propter eorum luxuriam quaz bonis impedientib⁹ exercere nõ possunt vel qz eos de luxurie vitio reprehenderunt Sic domina cui seruiebat ioseph qz suam concupiscentiam exercere nõ poterat eum opprimi false fecit. Gene. xxxix Sodomite propter luxuriam eorũ loth multipliciter ei inferendo molestiam vexauerũt. Genesis. xix. Duo luxuriosi presbiteri susannam propter eorum luxuriã nequiter opprimebant Daniel. decimotercio ca.

Herodes ꝓpter luxuriã ad petitõem meretricis iohã nem baptistã in carcere de collari fecit. Marci sexto. Opprimũt mali bonos ꝓpter eoꝶ supbiã ⁊ ambitõez dominij. Sic abimelech ãbiens pricipatũ. frẽs suos neqter interfecit Judi. ix. Absalon ãbiens regnũ patris ipm est grauiter psecutus. ij. Regũ. xv. ⁊ . xvj Aman pre superbia ꝓcurauit mardocheum occidere et deus aliter ordiauit Hester. iij. Propt supbiã nabuchodonosoꝛ fecit statuã aureã ⁊ eam adoꝛari fecit. et pueros nõ adorãtes eã ꝓici fecit in fornacẽ ⁊ danielem in lacũ leonũ mitti Dañ. iij. alias. xiiij. Propter supbiã satrapaꝝ daniel ꝓiectus est in lacum leonũ. Daniel. xiiij. Triphõ qui ꝓpter dñm suũ anthiochũ adolescentem occiderat proditoꝛie ionathan ⁊ duos eius filios ĩterfecit j. machabeo. xiij. Opprimũt mali bonos ex sola cordis neqcia ⁊ depꝛauatõne mẽtis. Sic impia iezabel oppꝛimebat heliã ꝓ hextã. iij Regũ. xix. Rex ioꝛã audiens famem esse in terra caput helisei pcepat ãputari iiij. Reg. xvj. Neqssimus holofernes voluit iudeos opprimere nup de captiuitate reuersos Judith. ij. Propter suam nequitiam anthiochus in ihrusalem hominũ cedem fecit. j. machabeoꝝ. pꝛio. Ex magna neqcia cordis herodes psecutus est xpm ⁊ pueros ĩterfecit math. ij. Similit herodes agrippa occiderat iohannẽ baptistã. iacobũ. ⁊ petrũ apostolum ĩcarcerauit Actuũ. xij. Opprimũt etiam mali bonos qꝛ boni veritatem loquunt quos ipi odio hñt Sic ab ipio ioas lapidatus ẽ zacharias q ipm verissime ĩstruebat. ij. Parali. xxiiij. Sic ihere. fuit a rege ĩ carcerẽ missus qꝛ nũciauerat

veritatem. Iere. xx. Sic ananias falsus ꝓphetavolu it ꝯfudere hieremiā verissi mum ꝓphetam. Iere. xxv iij. Princeps sacerdotum ꝛ socij incarceraverūt apo stolos qui veritatē domini loquebanť Actu. v. Judei lapidaverunt stephanum. qꝛ non poterāt resistere spi ritui qui loquebať. Actuū vj. ꝛ. vij. Paulus qui pre dicabat publice veritatem multas oppressiones susti nuit a iudeis Actuum. xiij xiiij. ꝛ. xvj.

De oratione.

Orare vo lentes at tendant.

Pro quibꝰ inq̄ritur ꝛ quid de predicatur.
Tempus qđ ex quiriť hijs qui exorantur.
Modum qui re quiriť his qui postulanť.
Causam qua ꝑ quiritur qui ex audiantur.

Orare volentes debēt primo attendere qui sunt illi qui debent orare. ꝛ ꝓ quibꝰ debent facere ora tiones suas. Ubi sciendū ꝙ orare debent presidētes singulariter pro suis subie ctis. specialiter eligentes ꝓ suis electis. oēs gentes generaliter ꝓ suis viris ab iectis Primo dn̄t orare ꝑ lati ꝓ suis subditis qꝛ eoꝝ officiū est vt orōmbus irā dei a populo avertāt. sic cū post adoratōem vituli deus vellet ꝓplm destruere. moy ses eoꝝ prelatus ꝓ eis fer uenter orans veniā meruit a dn̄o īpetrare. Exo. xxxij. Per orōem moysi absorp tus ē ignis q̄ devorabat ca stra murmurātiū pre labo re. Nume. xj Maria ꝓpter pctm̄ suū est facta leprosa. sed moyses frater ꝛ prela tus eꝰ ꝓ ea oravit ad dn̄m ꝛ restituta est pristine sani tati. Numeri. xij. Pro af flicto poplo ab ignitis ser pentibus oravit Moyses

et salubre remediũ habue
rũt. Exo.xxj. Samuel dix
it ad ꝑlm. Absit a me hoc
peccatum vt cessem orare
pro vobis. ondens graui
ter peccare ꝑlatos qui pro
populo suo nõ exorant pri.
Regũ.xij. Bonus prelat⁹
erat beatus paulus qui di
cebat thimotheo sibi subdi
to. Sine ītermissiõe orās
habeo tui memoriā in orõi
bus meis.ij. Thimoth.j.
¶ Orare dñt electores cum
ad electõem alicuius ꝑlati
conueniũt vt deus ꝓuideat
illis de ꝑlato ydoneo q̃ po
pulũ sibi subiectũ bñ regat
In cuius figura ipe domi
nus ad hoc nos volēs idu
cere ait. rogate dñm mes
sis vt mittat operarios in
messem suā. Math.ix. Lu
ce.x. Apostoli volētes eli
gere in apostolũ vnũ de di
scipulis ꝑmissa orõe dixe
runt. Tu dñe qui nosti cor
da hominũ ostende quem
elegeris. Actu. primo Cũ
dixisset dñs. Segregate
mihi barnabā ⁊ paulũ in
opus ad qd̃ assumpsi eos
scilicet in apostolatũ. seq
tur. erant in orõne ⁊ impo
nētes eius manus dimi
serũt eos. Actuũ.xiij. ¶ O
rare debent oēs hoīes pro
pctõribꝰ ⁊ inimicis que ꝑ
se nõ sunt apti ad orandũ
Sic deuote abrahā orauit
deũ vt parceret zodomitis
Gene.xviij. Multotiens
moyses orauit dñm vt pla
gam auerteret ab egipto ⁊
licet egyptij essent mali fu
it tñ a dno pluries exau
ditus Exodi.viij.ix.⁊.x.
Sũmus pontifex onyas
orauit ꝓ heliodoro q̃ era
riũ voluit expoliari.ij. Ma
chabeo.iij. Saluator nr̃
nos ꝓ inimicis orare docu
it Mathei.v. Et ipe ꝓ cru
cifixoribus orauit. Luce
xxiij. Feruēter orauit ste
phanus ꝓ suis persecuto
ribus. ⁊ magis q̃ ꝓ seipo
qr pro se orans stetit sed
pro persecutoribus orans
genua flexit. Actuum.vij.

Paulus apostolus pro suis persecutoribus orauit vt deus eos vocaret ad penitentiam. Ideo dicebat. rogamus sp pro vobis vt dominus dignetur vos vocare ad penitentiam. ij. Thimothe. primo.

De tempore orandi.

Orandum est
- Quando ab itinerantibus ire disponitur.
- Dum loqui volentibus verbum proponitur.
- Dum cenam querentibus cibus apponitur.
- Cum patientibus mundus opponitur.

Orare debemus cum ad aliquem locum pergere volumus. vt dominus in viam pacis dirigat pedes nostros. et custodiat nos angelus domini euntes commorantes et redeuntes. Judith. xiij. Propter hanc causam dixit esdras. orauimus dominum pro incepto itinere. et secure euenit nobis et prospere. j. Esdre. viij. Multum confitebat iudith in oratione quando debebat ire ad holofernem cum dicebat. nihil aliud fiat pro me nisi oratio. Judith. viij. Recedens paulus a fratribus de achaia post pulcros sermones diutius orauit. Act. xx. Idem paulus dicebat romanis. obsecrans si quo modo prosperum iter habeam veniendi ad vos Roma. j. Orare debet homo cum debet aliqua verba ponere vel ad interrogata respondere vt dominus aperiet et mundet labia sua vt digne verba pronunciet. qui labia ysaie calculo mundauit ignito. Ysa. vj. Neemias rogauit dominum celi cum deberet ad interrogata respondere. Nee. ij. Hester locutura ad regem assuerum rogauit mardocheum vt iudeos congregaret qui erant in susis. et ipse et illi pro ea dominum precarentur. Hester. iiij. Paulus considerans ista dicebat colo

sensib9. fratres orate ꝓ no
bis vt deus aperiat nobis
ostium ad loquendū miste
riū dei vnde forte sumpsit
exordiū ꝙ predicatores in
principio sermonis petūt
orōnes fieri vt digne ꝓnū
cient verbum dei. Colof.
iiij ¶ Orare debet hō cum
debet cibum accipe. ⁊ cum
accipit ⁊ grās referēdo lar
go modo sumendo orōem
Sic neemias orauit cū da
ret regi bibere. Neemie. ij
Saluator cum multa mi
lia hominū discumbere fa
ceret quos de paucis pani
bus satiauit prius ꝙ̄ come
derent orauit in celum ocu
lis leuatis Johan. vj. In
cena cum xp̄s corpus suuz
sanctissimū ꝯsecrauit. cuz
de mensa cū suis discipu
lis ⁊ apostolis surgerꝫ gra
tias reddiderūt qñ ymno
dicto exierunt in montem
oliuaꝝ. Math. xxvj ¶ O
rare debet homo certo tpe.
vt mūdo se nobis accusan
tib9 opponente recurram9
ad eū qui nos de aduersan
tib9 liberet Sic thobias ce
cus vxoris improperijs tri
bulatus ꝯfugit ad orōnis
remediū. Thobi. iij. Filij
isrl' tribulati ab holoferne
orantes ad dñm clamaue
runt Judith. iiij. Tribula
tus ⁊ afflictus mardoche9.
pro se ⁊ populo dñm exora
uit. Hester. iiij. Azarias ⁊
socij eius ī fornace ad orō
nis remedium ꝯfugierunt
Dani. iij. Jonas afflictus
in ventre ceti orauit. ⁊ sal
uus per dñm est eductus.
Jone. iiij. Judei in tribu
latōe positi orauerunt ⁊ fu
erūt a dño exauditi. ij. ma
chabe. iij. Saulus in terrā
ꝓmissionis ꝓstratus ⁊ ce
catus veniens in damascū
orauit ⁊ fleuit ⁊ liberatus ē
Actuū. ix. Quando petrus
seruabat in carcere tribu
latus. oratio fiebat ꝓ eo si
ne intermissione ab eccle
sia. Actuum. xij.

¶ De modo orandi.

Orare volẽtes digne debẽt orare cũ

Sollicitudine ociositatis
Teneritudine lachrimositatis
Promptitudine vere vnitatis
Certitudine sue vtilitatis
Sollicitudine sue assiduitatis

Oratio debet eẽ solitaria ꝛ sepata a tumultu hũane sollicitudinis. Naz iacob deuote orare desiderãs se ab vxoribꝫ ꝛ alia familia seqstrauit. Geñ. xxxij. Oratõ mẽtalis ꝛ solitaria clamat ĩ aures dei. sic ptꝫ de moysi mẽtaliter ꝛ solitarie depcãti cui dixit deus. q̃d clamas ad me. Exo. xiiij. De pcaturus dñm p puulo ingressus seorsuz iacuit in terra. ij. Regũ. xij. Dimissa turba ascendit ihesus in mõtẽ solus orare nos orare similiter instruẽdo Mathei. xiiij. Ascẽdit petrus similiter orare in supiora domus ut possꝫ orare diutius ab alijs sepatus Act. xxij. Oratio debet eẽ lachrimosa tenerrime deuotõis Nã ezechias se puertit ad dñm ꝛ orãs cũ lachrimis fuit a domino exauditus. iiij. Regũ. xix. Conuertit ezechias ꝛ orauit cũ lacrymis. ꝛ dixit ei dñs. audiui oratões tuas ꝛ vidi lachrimas tuas. iiij. Regũ. xx. Flens susanna aspexit in celũ ꝛ orauit ad dñm et orõ eius exaudita ẽ. Dañ. xiij. Magdalena in sua cõuersiõe nõ legit orasse vocaliter. sed credẽdũ est eã orasse mẽtaliter ꝛ fleuisse cũ lachrimis pedes dñi rigauit Luce. vij. Oratio dꝫ eẽ vnica in multitudine hoim vinculo caritatis. mltũ ei placꝫ deo orõ alicꝰ mltitudis vl societatis eoꝝ q̃ sunt in caritate cõiuncti

Ideo sacerdotes et viri vnanimes cũ mulieribꝫ resolutis ceruicibꝫ deũ orauerũt. et extensis manibꝫ dñm deprecabant. et eripuit eos ab impio nicbanore. ij. machab. iij. Saluator noster dixit Si duo ex vobis ↄsẽserint de quacũq₃ re petieritis. Mathei. xviij. Post ascensionẽ dñi erant oẽs discipuli in oroñe cũ mulieribꝫ pseuerantes vnaĩmiter cũ maria mr̃e eius Ac. primo. Omnes fideles in primitiua eccia erant vnanimes in oroñe et doctrina apostoloꝝ. Actuũ. ij. Cum orassent discipuli vnaĩmiter vna voce ↄmotus est locus in quo ↄgregati erãt et repleti sunt spũsancto et v̄bũ dei loquebant cũ fiducia. Actu. vij. Oratõ debet esse hũilis et sui status recognitiua. Nã miro mõ fuit humilis et deuota orõ manasses vt apparet intuẽti. ij. pali. xxxiij. Daniel intelligens tps captiuitatis esse ↄpletuꝫ. humiliter dominũ exorauit. Danie. ix. Breuẽ et humilẽ orõeꝫ habuit leprosus q̇ flexis genibus orauit ad dñm. d. dñe si vis potes me mundare. Math. viij. Mar. j. Lu. v Hũiliter orauit cẽturio ꝓ palitico suo indignũ se reputans pñtia xp̄i. Mathei viij. Ad orandũ hũiliter nos inducit exẽplũ de hũili publicano q̇ breuibꝫ verbis meruit remissionẽ omniũ pctõꝝ. dixit eñi. deus ꝓpicius esto mihi pctõri. Lu. xviij. Orõ debet esse assidua et ↄtinua. vt si non statim obtineat hõ cuꝫ petit nihilominꝰ adhuc oret Nã orans helias ꝓ pluuia cũ pueꝝ mitteret ad videndũ vsꝫ ad septẽ vices nihil penitus appebat Que orõnis ↄstantia mirabilr ↄmẽdatur. iij. Regum. xviij. Non dimisit daniel ꝓpter decretũ darij quĩ oraret ter in die flexis genibꝫ. sic añ ↄsueuerat facere. Dañ. vj

Ad hoc idē hortat nos di cēs. Oportet vos sp orare et nō deficere. Lu. xviij. ca. Ad oratōis instantiā ipse etiam dominus īducit exē plo vidue que ad iudicem cū īportūitate iudicare pe tebat. et exēplo amici q̄ pa nes īstāter ꝯmodari petijt Lu. xj. et. xviij. Paulus a p̄l'us sine intermissiōe ora re monebat Thessal'. quin to. Hoc idē sollicite facie bat dicēs. sine ītermissiōe memoriā vr̄i facio in ora tiōnib9 meis. Romanā. j.

De exauditōe orationū

Scdm appetitum suū audiuntur

Licȝ petāt tamē nō exaudiuntur

Dominū quidam

Bonū cōcupitū assequūtur.

Magis expeditū hic adipiscuntur

Exaudiunt quidā scdm eoꝝ appetitū et placitū. licȝ nō ad eoꝝ vtilitatē. naȝ petijt pp̄l'us carnes in deserto et dn̄s irat9 ꝯcessit eis. ꝑ qd̄ patȝ ꝙ nō semꝑ exauditio orōis est signū diuine dile ctōis Nūe. xj. Nō placuit dn̄o ꝙ filij isrl' petierunt si bi regem et tn̄ eos exaudiuit ad vocē eoꝝ. j. Regum viij. Hoc modo exaudiuit xp̄us demones petētes in porcos intrare. math. viij marci. v. Luce. viij. Orantes secūdo aliquādo nō exaudiūtur q2 nō petūt sibi licita et bona. etiam q2 mali sunt et īdigni qui petūt sic dn̄s dauid orantem ꝓ puulo nō exaudiuit. lcȝ deuote orauit q2 tūc nō erat dign9 exaudiri. ij. Re. xij. Magne ꝓbatōis erat orō hieremie qn̄ dicebat ei de9 noli orare ꝓ pp̄lo isto. nec sumas ꝓ eis laudem et orationē. quia nō exaudiam te Hieremi. xj. Jacob9 ap̄ls

dicit petitis et nõ accipitis eo q male petatis Jac. iiij Populo indigno et malo dixit ds Cũ multiplicaueritis orões nõ exaudiã. q2 manus vr̃e sanguĩe plene sunt etc Jsa. j. Orantes tercio aliqñ exaudiunt ad vocẽ et ad vtilitatẽ. q2 bõa et sibi expedientia petunt. Sic exaudiuit niniuitas dñs clamantes et orantes ad dñm qui eis pctã remittens et a subuersione liberauit ciuitatẽ Jone. iij. Sic exaudiuit etiã susannã cũ eã a morte et infaĩa liberauit Dañ. xiij. Hoc mõ exaudiuit dñs oẽs. de quibus quere hic infra eodẽ ca. et de effectu orõnis ca. viij Orantes aliqñ exaudit deus nõ ad vocẽ sed ad vtilitatẽ. circa q̃ vide plogũ super abacuc ,phetã. q2 iuxta sententiã augustini puidet illis ds meliora q̃ꝫ petant. qđ manifeste patꝫ in paulo qui patiẽs carnis stimulũ vt amoueret ab eo pluries exorauit. qui nõ amouit sꝫ melius ei ꝯcessit. s. gratiaꝫ supandi dicẽs. sufficit tibi gr̃a mea. Nã vtus in infirmitate pficit ij. Cor. xij Orare volẽtes dñi attẽdere orõnis effectũ vel finẽ .i. fructũ q̃ ex orõe acqret.

De orationis mercede recipienda.

Orantes digne recipiunt

- Peccatorũ remissionem gloriosam.
- Filiorũ adeptionem gaudiosam.
- Aduersorũ depressionem ruinosam
- Temptationũ repulsionẽ virtuosam.
- Signorũ placatiõem fructuosã

Oratio quidem primo impetrat pctõrũ remissionẽ. sicut p orõem moysi dicentis. Dimitte eis hanc noxã aut dele me de libro tuo. ad c⁹ orõnem

dñs populo suo pctm̄ dimi
sit Exo. xxxij. Propt' hāc
causa3 docuit nos saluator
vt debitorū ꝛ peccatoꝝ di-
missionē in orōe dñica pe-
teremus dicētes. dimitte
nobis debita nrā Mathei.
vj. In cuius rei figura di-
misit rex omne debitū suo
q̄ eū rogauerat licet postea
ex sua neq̄cia fuerit repeti
ta Math. xviij. ¶ Oratio
impetrat his filios q̄ non
poterāt ex sterilitate sua fi
lios naturaliter procreare
nam ysaac dep̄catus est do-
minū ꝓ vxore sterili ꝛ fili-
os meruit obtinere Geñ.
xxv. Anna similiter dñm de-
uote exorauit cū lacrymis
et filiū a dño p̄cibꝫ īpetra-
uit. j. Regū. j. Helizeꝰ hos
pite sue sterili īpetrauit a
dño filiū quē filit' suis orō
nibꝫ resuscitauit. iiij. Re.
iiij. Elizabeth ꝛ zacharie
nō erat filiꝰ eo ꝙ elizabeth
eēt steril' ꝛ ābo ꝓcessissent
in diebus suis angelus au-
tem apparuit zacharie di

cēs. exaudita est orō tua ꝛ
vxor tua pariet tibi filium
et vocabis nomen eius io
hānes. Luce. j. ¶ Oratio
tribuit victoriam de inimi
cis nā in bello filioꝝ isrl' ꝯ
amalech plus fecit oratio
moysi orādo q̄ȝ iosue pug-
nādo. Exo. xvij. Jdō pug
naturi filij isrl' cōtra phili-
steos rogauerūt samuelem
vt oraret ꝓ eis vt victoriā
obtinerēt. j. Reg. vij. Jo-
saphat rex iuda timore per
territus ꝓpter mltitudinē
q̄ venerat ꝯtra eū se ꝯtulit
ad orandū vt victoriā im-
petraret. ij. Paralipo. xx.
Judith qñ decapitare vo-
luit holofernē dñm prouı
ctoria exorauit Judith. de
ciotertio. Cōmissurus iu-
das bellū ꝯ gorgiā orauit
et extitit victor belli. j. Ma
cha. vij. Qꝛ iudas ꝯtra ā-
thiochū in bello nō orauit
nō vicit ȝ diuertit. j. Ma-
cha. vj. Item qꝛ iudas nō
orauit ī exercitu ꝯ bachidē
ipse fuit occisus ꝛ exercitꝰ

debellatus. j. Machabe. ix
Judas et qui erant cum eo
per orōnem sunt cōgressi cō
exercitum nichanoris ma
nu quidē pugnantes. sed
cum cordibꝫ orantes belli
victoriā habuerunt. ij. ma
chabe. xv. Dicebat paulꝰ.
Obsecro vos vt iuuetis
me in orōnibus. vt liberer
ab infidelibꝫ. Roma. xv.
Oratio expulit dyabo-
lum et eius temptationes.
Ideo raphael monuit tho
biā vt tribus diebꝫ abstine
ret ab vxore et tā ipsa q̄ȝ ip
se oraret cōtinue ne diabo-
lus haberet in eos ptātem
Thob. vj. Propter assidu
am orōem chananee filia
eius a demonio liberabat.
Mathe. xv. Dum discipu
li quidā demonē non pos-
sent eijcere. et de hoc mira-
rentur. dn̄s dixit eis Hoc
genus demoniorꝫ in nullo
eijcit nisi in orōe et ieiunio
Mathei. xvij Marci nono
Cū paulus iret ad orōem
obuiauit puelle hn̄ti spiri
tum phitonicū. quem pau
lus expulit in noīe iesu. A
ctu. xv. Orō facit opa-
ri miracula. nam per orati
nem helie clausum est celū
ne plueret. et per oratiōem
eius ad pluuiā apertū est.
iij. Reg. xviij. Ad oratōeȝ
deuotam helie puer qui iā
erat mortuus suscitatus ē.
iij. Regum. xvij. Martha
et maria magdalena oraue
runt et impetrauerunt laza
rum suscitari. Johannis
xj. Decem leprosi orauerūt
ad dominum et meruerunt
recipere sanitatē Lu. xvij.
Petrus et iohannes ascen
dentes ad oratōnem libera
uerunt claudū ex vtero ma
tris sue. Actu. xiiij. Simi
liter petrus et iohānes ora
uerunt pro illis de samaria et
imponebant manus super
illos et spūm sanctum acci
pere faciebant. Actu. viij.
Patrem publij febribus et
dissenteria laborantē pau
lus sua oratione sanauit.
Actuum. xxviij.

¶ De ornatu mulierum

Ornatus mulierꝫ est. Ad psonarū deceptiōem Ad pfectorꝫ rephensionē

Ornatus mulierū sepe fit ad decipiē dum homīes. licꝫ ipse aliqñ vt viris placeāt ornare se dicāt. nā thamar volens de iuda socero suo ꝯcipe vestib9 viduitatis de positis ornauit se ꝯcubitū faciēs ab eodē. Ge. xxxiiij Jezabel audito aduentu iehu depixit oculos suos stibio ꝛ ornauit se. iiij. Re. xix. Propter ornamēta q̄ iudith assūpsit potentē holofernē decepit Judith. vj Occurrit mulier iuueni ornatu meretricio p̄pata ad capiendas aīas Prouer. vij. Non sine causa dicit̄ auerte faciē tuā a muliere q2 sp decipit ꝛ īcitat ad pec catū Ecci. ix Ornari nō debēt mulieres bone ꝛ honeste q̄ soli deo placere desiderāt. ideo hester quādo debuit intrare ad regē nō quesiuit cultū mulierū siue muliebrē sicut querebāt cetere mulieres. hester scdo. Cōminando dicit̄. auferet dn̄s ornamēta calciamētorū ꝛ lamina ꝛ torques ꝛc. Jsaie. iij. Mulieri nō sit extrinsecus capillatura l' circumdatio auri vel vestium cultus prima Petri. iij.

¶ De pacientia

Patiētes ferre debēt

Attinētes ꝓpinquorum offensiones.
Seruiētes dn̄orum correctiones
Patientes tormentorū afflictōnes.
Rēnuentes receptorꝫ illationes
Audiētes benignorūꝫ responsiones
Attendētes exemplorūꝫ ostensiones

Patienter ferre debēt iniurias ↄsanguinei ⁊ ↄiūcti si aliqñ vnus ab altero offendit ꝟberet vel corrigatur. Sic patiēter tulit ysaac sine murmure qñ abrahā pr̄ eius eū voluit īmolare Genes. xxij. Joseph patiēter tulit iniuriam quā ei ꝓprij frēs intulerūt. eisqꝫ postea illatā eandē iniuriā clemēter indulsit Geñ. xxxvij. ⁊ xlv. Cito orauit Moyses ꝓ maria sorore sua q̄ eum offēderat murmurādo. Nume. xij. Dauid ꝑsecutōem sustinuit quā ei ꝓprius filiꝰ inferebat. ij. Regum. xv. Thobias patienter sustinuit ↄsanguineoꝝ īproperia pariter ⁊ vxoris Thob. ij. Patiēter dn̄i sustinere serui ⁊ subditi si aliquā molestiā recipiāt a dn̄is ⁊ ꝑlatis. dn̄i etiā ⁊ prelati si aliquādo a subditis offendūtur. Naz miphibosetb patienter sustinuit iniquā sententiaz quā dauid tulit ↄtra eū. ij. Regū. xvj. Nr mulier in adulterio reprehensa scribarum ⁊ phariseorū accusatōnem patiēter sustinuit ⁊ nihil ad accusata respōdit dominꝰ eaz ne lapidaret. misericorditer liberauit. Jo. viij. Similiter dn̄i ⁊ prelati debent esse patiētes si aliqñ offendun tura subditis. Nam moyses ꝓpter populi murmur se nō turbauit. sed patienter sustinuit ⁊ misit aaron intercedere ꝓ eis Nūe. xvj. Sara patiēter sustinuit cōtumeliam ancille sibi iniuriose illatā Thobie. iij. Patiēter debꝫ homo tribulatōes ⁊ penas a deo afflictas vel ꝓ eo vel ꝓ eius fide susceptas ferre. Sic thobias excecatꝰ patiēter sustinuit ⁊ portauit cecitatē Thob. ij. ⁊. iij. Job fuit patiēs ꝑdēdo sua ⁊ filios et seipm ꝑ graue īfirmitatē quā habuit vxore ⁊ amicis plus inferentibus sibi desolatiōem q̄ꝫ ↄsolatōem

Job per totū. Alacrem pa
tientiā habuerunt tres pu
eri in fornace q noluerunt
ydolis immolare. Dan. iij
Eleazarus duros cruciat⁹
patienter sustinuit p legis
obseruātia. ij. macha. vj.
Septē fratres cū pia eoꝝ
matre in eoꝝ tormētis mi
rabilem patiam habuerūt.
ij. mach. vij. ¶ Patiēter
ferentes iniurias nō debēt
vltionem querere de offen
sis licz ipsi valeant vindica
re. nā saul noluit sustinere
q viri q ei detraxerāt occi
derent in detractionis vin
dictā. j. Reg. xj ¶ Heliseus
etiā nō pmisit vt occiderē
tur viri qui eum capere vene
rant. sz eos plene reficiēs
libere abire permisit. iiij.
